



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Cap. j. Svspensio quid & quotuplex sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**



# DE SUSPENSIONIS CENSURA

Liber Quartus.

P R A E L U D I U M.

Autores, qui de Suspensione tractant.



**D**E CENSURA hac Suspensionis tractant Theologi in 4. dist. 18. quamvis non ita late, ac de excommunicatione, ubi Palud. quæst. 7. per totam quæstionem. & S. Thomas obiit de ea agit in 2. quæst. 100. ar. 6. ad primum, & secundum, & par. 3. quæst. 64. artic. 6. ad secundum. & quæst. 82. artic. 9. in Corp. & in addit. ad 3. partem, quæst. 2. artic. 3. & artic. 5. ad secundum. & Mart. Ledesmius, 2. 4. quæst. 26. art. 2. Sotus in 4. dist. 22. quæst. 3. art. 1. Barthol. Medina, lib. 1. in fin. confessor. cap. 1. & 8. Gregorius de Valentia tomo 4. Disputa. 7. quæstio. 18. Puncto 1. Henricus Henriquez lib. 13. a cap. 3. usque ad 40. Canonista sparsim in iure Canonico, præcipue autem in cap. Apostolica, de exception. ubi Panormitanus, Decius, Felinus, & alij. Summi sine communitate, in verbo Suspendio. Angel. Sylu. Tabiena, Caiet. Armilla, & alij. Summa Confessorum lib. 1. tit. 1. q. 21. & q. 47. & lib. 3. tit. 29. q. 5. & q. 6. & tit. 33. q. 61. & q. 81. Astensis in Summa tit. 16. lib. 7. Antoninus par. 3. tit. 28. Nicolaus Ploue, in tractatu Sacerdotali, titulo de Suspensione. Ioan. Bernardus Diaz in Practica crimin. Canon. c. 28. & 122. Nauar. in Manuali c. 27. a numero 15. usque ad 164. Covarruias in Clementi. si furiosus, par. 1. de homicidio. Simon Maiolus, lib. 3. cap. 19. Martinus Alphonsus Vivaldus in suo Candelabro aureo, par. 1. tit. de Suspensione. Bartholomeus Vgolinus de Censuris Ecclesiasticis, Tabula 4. Corona Confessorum, par. 3. c. 10. tit. de Suspensione. Cosmas Pbilircus, de officio Sacerdotis, par. 1. lib. 4. cap. 1. & 2. Thomas Zerula Episcopus Minorensis, in Præxi Episcopali, in verbo, Suspendio, Iacobus de Grassis, in lib. 4. Decisionum aurearum, ca. 25. Sebastianus Medicus, in Summa peccatorum Capitalium, tit. 9. q. 15. & seq. Cardinalis Poletus, lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 12. & alij recentiores.

Suspensio Quid, & Quotuplex sit.

Cap. I.

S Y M M A R I U M.

- 1 Suspensionis nomen, unde deductus sit.
- 2 Actum pendentem tenere, quidnam propriè sit.
- 3 Suspendus ab officio, vel beneficio, nec ab illis omnino est suspendus, nec ea omnino habet.
- 4 Suspensionis vox quot modis accipi solet.
- 5 Reges aliquando a sua potestate, & Magistratus a suis officijs laicis suspenduntur.
- 6 Suspendio prohibitionem exercitij spiritualis ex quacunque causa significat.
- 7 Clericus quo sensu sine culpa propria, sed non sine causa suspendus dicatur.
- 8 Suspendio triplex est; una quoad se tantum; Alia quoad alios tantum; Tertia, quoad se, & alios simul.
- 9 Suspendus quoad se tantum is dicitur, qui est in peccato mortali.
- 10 Suspendus quoad alios tantum quisnam censeatur.
- 11 Suspendus quoad se, & alios is dicitur, qui prohibetur celebrare, & alij eius celebrationi interesse vetantur.
- 12 Suspensionis nomen propriè, & ut censura est, acceptum quid significet.
- 13 Suspensionis definitio quanam sit.
- 14 Suspendio quare [censura] esse dicatur.
- 15 Suspendio quare [censura Ecclesiastica] appelletur.
- 16 Clerici soli suspensionis capaces sunt.
- 17 Suspensionis censura, aut ordinis, aut iurisdictionis Ecclesiastica, aut beneficij exercitium prohibet.
- 18 Christianus quilibet excommunicari, solus autem Clericus suspendi potest.
- 19 Suspensionis censura non nisi ob culpam incurritur.
- 20 Suspendio a iure lata non nisi ob culpam mortalem incurritur, ab homine vero lata etiam ob venialem incurrit potest.
- 21 Dubitans de culpa, aut de causa, ob quam fertur suspensio, si ante tali dubio, a prohibitis abstinere tenetur.
- 22 Interdictum generale propter culpam alienam imponi potest, suspensio autem non nisi ob propriam incurritur.
- 23 Suspendio non nisi ab habente potestatem publicam fieri potest.
- 24 Suspensionis materia subiecta quanam, & quotuplex sit.
- 25 Suspendio aliquando ad tempus, aliquando in perpetuum fertur.
- 26 Suspendio in perpetuum lata non est depositio.
- 27 Suspendio aliquando a toto, aliquando a parte exercitij ordinis, aut beneficij excludit.
- 28 Suspendio alia ab homine, alia a iure fertur.
- 29 Suspendio aliquando ob culpam, aliquando propter contumaciam fertur.
- 30 Suspendio ex parte materia quotuplex sit.
- 31 Suspendio alia est absoluta, alia conditionata, & quidnam utraque sit.
- 32 Suspendio ex parte durationis, quotuplex sit.
- 33 Suspendio aliquando sine absoluteione per solū lapsū id potius cessat.
- 34 Suspendio an re clē in maiorem, & minorem ab auctoritate diuidatur.

**V**T materia hæc, quæ satis obscura, & difficilis est, clarior facilius reddatur, ante oia sciendum est, quod suspensio, si nominis interpretationē spectemus nihil aliud est, quàm rem aliquam in suspensio, in pendenti, seu quod idem est, in dubio, & in incerto manere, ducto nomine a verbo Suspendo, quod futsum pendere significat; Hinc si nomen hoc suspensionis ad Ordinem, Iurisdictionem, vel Beneficium applicetur, ista pēdentiā teneri denotat: Non tamen eo sensu, quòd per hanc suspensionem teneatur pēdenti.



dens ipsum Beneficium, Ordo, vel Iurisdictione, quasi homo non vere retineat omnino titulum ipsius Beneficij, & possessio, Ordinem aut Iurisdictionem; sed solum refertur ad exercitium, & actum, ita, vt in pendenti actum ipsius Beneficij, Ordinis, vel Iurisdictionis teneat; Tenuerit autem actum pendente, non est aliud, quam actus ipsius exercitium prohiberi, quousque aliud fiat. Vnde, ab Officio, vel Beneficio suspensus nec omnino Beneficio, vel Officio, a quo suspenditur priuatus est; sed neq; omnino hac eadem habere censetur; quandoquidem nec Beneficij fructus habere, nec Officij munera exercere permittitur, ideo que hęc pendencia tenere dicitur.

*Suspensionis autem Vox variis modis a DD. accipitur.*

*Primo*, latissime, prout significat prohibitionem, & suspensionem actus alicuius officij, qualiscunq; actus ille sit, etiam secularis; qua significatione glos. in Clem. Cupientes, in verbo, Suspenditur, vt medium, de penis, vntur, vbi inter suspensiones enumerat eam, que fit ab officio aduocationis, ab officio Notarij, arg. cap. Si aduersus, de heret. ab officio & collatione Magisterij, arg. Clem. Cum sit, de Magistris. Quo modo etiam quandoque Reges suspenduntur a sua potestate; & Barones & alij a suis officijs, etiam laicis, que suspensio cum officijs laicis communis sit, impropria omnino est vt notant S. Anton. 3. par. titulo 26. ca. 1. & tit. 28. ca. 1. Tabiena, verbo, Suspenditur, num. 1. Simon Maiol. lib. 3. de Irreg. cap. 19. num. 18. versic. Decima declaratio qui etiam citat. Specul. in cap. Quicunque nu. 4. de sent. excomm. lib. 6. & idem docent Nauar. in Manua. cap. 37. num. 153. versic. Septimo dico. Henriquez lib. 1. 3. de excomm. & Suspend. cap. 3. §. 1. in hac significatione Concilium Tridentin. Sess. 22. ca. p. 10. de reform. docet, Episcopum suspendere posse Notarios ab eorum officijs, etiam Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint.

*Secundo*, accipitur strictius, vt solum significat prohibitionem exercitij spiritualis, vel spiritualibus annexi, ex quacunque causa & quocunque contingat ista prohibitio, siue ex morbo & egrotudine inculpa, vt ex Epilepsia, Leptra, S. neclute, Debilitate, vt accipitur in cap. Tua nos, de Reclam. & cap. finali de Cleric. egrot. & cap. 1. eod. titu. lib. 6. quo sensu dicunt nonnulli Clericum fieri interdum minus proprie suspensum sine culpa propria, sed non sine causa, vt S. Thom. in addit. 3. par. quest. 22. artic. 5. ad secundum, Syluest. verb. Suspenditur, §. Quarto. Henriquez v. b. supra. §. 1. in annot. litera D. & innuit Caiet. in Sum. verbo, Suspenditur, siue proveniat ratione alicuius censure, vt in cap. repetuntur, 1. quest. 2. iuncta glos. in verbo, anathematis, & in verbo, ex quo, vbi excommunicationis nomen pro suspensione accipitur, dum Simoniaci ordinatus anathemate damnatur: siue proveniat ex peccato mortali; si quidem existens in peccato mortali, quamdiu in illo maneat, actus Sacros exercere prohibetur; cap. fina. de cohob. Cler. & mul. Panor. in cap. si celebrat, num. 4. de Cleric. excomm. in fine. Et secundum hanc acceptionem solent nonnulli, vt glos. in d. cap. fina. in verbo, Ad suspensum, de cohob. Cler. & mulie. Panor. vbi supra Syluest. verbo, Suspenditur, quest. 1. Summa Confess. lib. 1. tit. 1. q. 2. 1. versic. Item nota. & Sebastianus Medices in Summa, par. 2. tit. 9. quest. 16. Tabiena in verbo Suspenditur, num. 2. versic. 1. & Summiste communiter, in verbo suspensio, distinguere triplicem suspensionem; *nam*, quam vocant quoad se tantum; *Alteram*, quoad alios tantum; *Tertiam*, quoad se, & alios simul.

*Quoad se tantum* dicuntur suspensi illi, qui sunt in peccato mortali, qui non aliunde impediuntur a celebratione, nisi ex proprio peccato, arg. eorum que habentur in cap. Testamentum, dist. 6. & cap. Sacerdotis, 1. quest. 1. & cap. fina. de temp. Ordin. & c. vestra, & capit. Quasitum, de sol. ab. Cler. & mulier. Et idem dicunt de excommunicatione minori, hęc enim participatione Sacramentorum priuat.

*Quoad alios tantum* dicuntur suspensi illi, qui licet ex parte quidem sua celebrare possint, ex parte tamen aliorum

qui interfant, non possunt, vt exempli causa, Clerici existentes in Ciuitate interdicta propter delictum laicorum tantum, prohibentur publice celebrare, quia laici eorum celebrationi interesse non possunt, vnde clam ianuis clausis celebrare possunt, cap. fina. de sent. excomm. libr. 6. sic Clerici peregrini, quamuis quoad se suspensi non sint, in secreto enim celebrare possunt, quoad alios tamen censetur, suspensi, quia in publico, antequam fidem certam per literas, aut per testes fecerint de eorum ordinatione, celebrare ne queunt c. Tua, de Cler. peregrin.

*11* *Quoad se, & alios simul* suspensi sunt illi, qui prohibentur ipsi celebrare, & alij etiam eorum celebrationi interesse prohibentur, quo modo publici concubinarij suspensi sunt cum; & ipsi propter peccatum celebrare non possunt, & populus eorum officijs interesse prohibetur, c. Nullus, & c. prater hęc, d. 32. c. vestra, & ibi Pan. nu. 5. & c. fina. de cohob. Cler. & mulier.

*12* *Tertio* accipitur nomen suspensionis proprie, prout est Censura Ecclesiastica, qua ita homo celebrare prohibetur, & alios actus exercere, vt si contra suspensionem celebret, fiat irregularis, & si alia officia exerceat, depositionem, & alias penas mereatur, de quibus infra.

*13* *Suspensio* igitur proprie & stricte accepta, sic definitur, *Suspensio est Censura Ecclesiastica, qua Clerico, quatenus Clericus est, ob suam culpam prohibetur exercitium Ordinis, Officij, vel Beneficij ab habente potestatem, ad tempus, vel in perpetuum, in totum, vel in partem, in qua* Definitione, duę vltimę particule, scilicet, in perpetuum, vel ad tempus, non tam ad naturam, & quidditatem ipsius suspensionis, quam ad pleniorum cognitionem, & declarationem eius pertinent. Sic autem communiter eam Doctores definiunt, vt Summistæ, in verbo, Suspenditur, vbi Angelica, Syluestri, Tabiena, & alij. Martini Ledesm. 2. 3. quest. 26. artic. 2. tr. de Suspensione. Sotus 4. dist. 2. 2. quest. 3. artic. 1. Nauar. in Manua. cap. 17. num. 151. & tom. 1. Conf. Confil. 40. num. 5. de temp. ordin. & tom. 2. confil. 64. nu. 3. de sent. excomm. Simon Maiol. lib. 3. ca. 19. de irreg. in principio Henriquez lib. 1. 3. de excommunicat. & suspens. cap. 3. §. 2. Vgolin. de Censur. Eccles. Tab. 4. cap. 10. Alphonsus in Candelab. tractat. de Suspensione, num. 4. Corona Confess. eodem tractat. Gregorius de Valentia. tom. 4. Disput. 7. q. 18. Puncto 1. Cosmus Philiarthus lib. 4. de officio Sacerdotis, par. 1. c. 1. Sebast. Medices, in Summa, par. 2. tit. 9. quest. 15. & alij omnes.

*14* *Dicitur Primo, Censura* qua ratione distinguitur ab irregularitate, depositione, degradatione, que non sunt proprie censure, vt patet ex cap. Quarenti, de verb. signific. sed priuationes, & inhabilitationes, que vel priuant officio, vel inhabilem omnino reddunt ad ordinem obtinendum, vel exercendum quamuis Innoc. in c. fina. de excess. prelat. & alij extenso suspensionis vocabulo eas nonnunquam suspensiones vocant. Differt etiam a peccato mortali, quia hoc est culpa, suspensio autem est Censura, id est, pena, peccatum autem mortale Censura non est, sed vt ait Nauar. in Man. cap. 27. nu. 152. antiquius omni Censura, qualis est Suspenditur. Quo nomine etiam differt suspensio ab exilio carcere, & priuatione beneficij, que penę quide sunt, censure tamen non sunt, cum solum tres Censure sint, Excommunicatio, Suspenditur, & interdictum, vt in d. c. Quarenti, de verb. signif. habetur.

*15* *Dicitur Secundo, Ecclesiastica* Per quod distinguitur a censuris civilibus, & legibus secularibus: Et praterea exinde significatur Suspensionem ab Ecclesia institutam esse; & denique sic dicitur, qui ab eis solum ferri potest, qui iurisdictionem Ecclesiasticam in foro exteriori habent. Quare dum confessarius in penitentiam prohibet penitentiam, nec celebret, aut ne audiat confessiones, suspensio, & prohibitio hęc vere censura Ecclesiastica nou est, quia ille iurisdictionem contentiosam non habet, que ratio est, cur contraueniens illi irregularis non sit ex Specul. in de Dispensatione, §. iuxta, num. 32. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 151. in fine, & tom. 2. confil. 4. num. 4. de penis Henriquez lib. 1. 3. de excommunicat. & suspens. c. 24. §. 3. in fine, & c. 32. §. 2. in annot. litera, K. Angelica, verbo suspensio, §.



- num. 2. gl. in c. is qui, in verb. in iure, de sent. excom. lib. 6. & Matol. lib. 3. de irreg. c. 19. nu. 23. versic. Decima quinta, & Sylvest. verbo Suspendio, quest. 5. in princip. & Alphonsus Viualdis in suo Candelibro, tract. de Suspendione, nu. 12. & Iacobus de Grassi. lib. 4. Decis. iure cap. 25. num. 2. & Couar. in Clement. Si furiosus, par. 1. §. 1. vers. Secundo est; nu. 2. de homicid. post Innoc. in c. si celebrat, de Cleric. excom. ministr.
- 16 *Dicitur Tertio, Quia Clericus, ut Clericus est, ut ostendatur subiectum proprium in capax huius censuræ; solus enim Clericus suspenditur, ut patet ex omnibus suspensionibus quæ in iure habentur, omnes enim in solos Clericos feruntur; & ubicunque in iure præcipitur, ut suspensio feratur, in solos Clericos ferri iubetur, ut in cap. Quoniam, & cap. a crapula, de vita & honest. Cler. & in c. Clericus, & in cap. sicus, de cohab. Cler. & mulier. & in c. 1. de Cler. coniug. & clarius, in c. Tuarum, de priuileg. & cap. Dura, de crim. falsi, & in Extrau. vnica, §. Alioquin, ex tunc, de Censib. vbi, qui contra ea faceret, si laici sint, ut excommunicentur, aut interdicto subijciantur, iubetur; Clerici autem ab officio, & beneficio suspenduntur. Deinde hoc ipsum omnes auctores communiter tradunt, ut gloss. in c. Quicumque, in verbo *Ministros*, & ibi Gemin. de sent. excom. lib. 6. Innoc. in c. finali, num. 2. de excessib. prælat. Hostiensis, quem refert, ac sequitur Panorm. in cap. Dura, num. 9. de crim. falsi. Mandos. in Praxi commiss. commiss. 2. in verbo Ecclesiasticis Caiet. in Sum. in verbo suspensio, ait, Quoniam suspensiones ad Clericos pertinet, ipsi de se loquantur. Syluest. & Summistæ, in verbo, Suspensio, Nau. in Manual. c. 27. num. 156. Felicianus in Enchiridio de censur. c. 1. de suspensione, & cap. 9. in fine, Burgas. tract. de irreg. & dispens. par. 6. de sent. interdicti num. 3. vbi ait, se nunquam legisse, quod laicus suspensus fuerit. Summa Corona in 2. par. de suspensione cap. 10. nu. 5. Tolero. lib. 1. Instructio Sacerdotum, cap. 13. Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. c. 3. §. 2. Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 4. cap. 11. qui omnes expresse docent, Suspensionem ad Clericos proprie pertinere. Id quod etiam hac ratione confirmari potest; Suspensio enim ut est censura prohibet exercitium alienius horum trium, scilicet, aut Ordinis, aut Iurisdictionis Ecclesiasticæ, aut Beneficij, quorum vnumquodque necessario supponit ordinem Clericalem, scilicet, primam tonsuram, eius enim susceptione in Clericorum numerum ascribuntur, ut habetur in cap. cum contingat, & gloss. ibi, in verbo, ordo confertur, & ibi Panorm. num. 1. de etat. & qual. ordin. & facit cap. fina. & ibi gloss. in verbo, Homini, & verbo tonsuram, de temp. ordin. lib. 6. & gloss. in ca. 1. in verbo, Psalmista, dist. 21. adeo, ut quamuis alicuius Religionis approbatæ professus sit, si primam tonsuram non habeat, proprie Clericus non est, nec suspendi proprie potest; Non enim qui primam tonsuram nondum acceperunt, officij, aut beneficij Ecclesiastici capaces sunt, cum & officia Ecclesiastica ab ordine saltem Clericali dependant, arg. c. clericos, dist. 21. & cap. 1. dist. 25. & qui merè laici sunt, beneficia Ecclesiastica habere nequeunt, ut docet Panorm. in cap. cum adeo, num. 3. de Rescript. Cum igitur qui tonsuratus non est, omni ordine careat, & officij, & beneficij Ecclesiastici incapax sit, suspendi proprie non potest, ut pote qui Clericus non est, vnde non recte Caiet. in Sum. in verbo, suspensio, suspensionem definiens, voce *Homini*, pro voce *Clerici* vsus est.*
- 17 *Dicitur Quarto Quatenus Clericus est, in quo difert tum ab Excommunicatione, tum ab interdicto; quia per excommunicationem non separatur quis a communione fidelium, quatenus Clericus est, sed quatenus Christianus est, vnde, non solum Clericus, sed etiam quilibet Christianus excommunicari potest, eum tamen solum Clericus suspendi possit; eodemque modo cum quis a Diuinis Ecclesiæ ex interdicto separetur interdicto quilibet fidelis subijcitur, cum Christiani omnes diuinorum sint capaces, suspendi verò solum potest Clericus. Deinde prohibitio facta Clerico de alio exercitio, quam quia Clericus est, proprie suspensio non est, vnde suspensio facta Clerico aduocandi etiam in foro Ecclesiastico, non est Censura, de qua nunc agimus, quia talis aduocatio non est proprie officium Ecclesiasticum, ut notat Summa Corona vbi supra.*
- 19 *Dicitur Quinto, Propter suam culpam; Cum enim omnis censura sit pœna, & pœna non habeat locum, vbi non præcessit culpa, non potest aliquis vlla censura suspensionis affici nisi præcesserit culpa, ex Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 151. & num. 133. vers. Sexto, & numer. 159. & tom. 1. c. 1. conf. 40. nu. 6. de temp. ordin. Caiet. in Sum. verbo, suspensio, Solo 4. d. 22. q. 3. artic. 1. & Summa Confessorum vbi supra, num. 11. Medina lib. 1. Instruct. Confess. cap. 11. §. 1.*
- 20 Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. c. 3. §. 1. fauet Vgolin. Tab. 4. cap. 12. & satis est culpa venialis ad eam incurrendam, quando imponitur ab homine, ex Nauar. Caiet. Med. Henriquez & Sebast. Medice, quest. 15. & Tolero. lib. 1. Instruct. Sacer. cap. 3. vbi su præ, sicut etiam hæc fauet pro excommunicatione minori; suspensio tamè a iure ob nisi ob peccatum mortale incurritur, ideoque, ut ait Henriquez loco citato, qui per ignorantiam (scilicet probabilem) iuris, aut facti, a culpa mortali excusatur, hic iuris suspensionem non incurrit. Qui vero de culpa propria, aut de causa, ob quam Iudex suspendit, dubitat, abstinere prohibitis debet tanquam suspensus (nisi dubium rationabiliter deponat) quia talis etiam suspensio in vtroque foro ligat. Dixi *ab culpam suam*; quamuis enim interdictum generale etiam propter culpam alienam imponi possit, vnde dum populus pro culpa Domini habentis Iurisdictionem temporalem interdicto subiectus sit, suspensio tamen propria sumpta, siue ab homine, siue a iure lata sit, absque propria culpa non incurritur, ut præfati auctores tradunt, & si censura propter errorem feratur, vbi nulla est culpa, inanis, & nulla erit.
- 23 *Dicitur Sexto, Ab habente potestatem; Quia punitio proximi auctoritate priuata fieri non potest, sed necessario faciendâ est auctoritate publica superioris, ideoque ille solus potest punire, ut in alijs penis, sic in censuris, qui super re ipsam legitimam potestatem habet.*
- 24 *Dicitur Septimo ab exercitio Ordinis, Iurisdictionis, vel beneficij, ut cognoscatur tota materia subiecta suspensionis, quæ est censura; suspensus enim ab Ordine, actum Ordinis exercere prohibetur, & suspensus a Beneficio impeditur, quo minus Beneficij fructus percipiat, & Iurisdictione suspensus, quæ ad Iurisdictionem spectant, exercere nequit.*
- 25 *Dicitur Octauo In perpetuum, vel ad tempus ad ostendendos varios suspendendi modos, & variam efficaciam suspensionis, alia enim suspensio fertur ad tempus determinatum, vel indeterminatum, alia vero simpliciter, & absque vlla temporis determinatione, alia tertio in perpetuum sine vlla spe dispensationis; etenim, & suspensio in perpetuum ferri potest, ex Innoc. in cap. Ad hæc, nu. 4. de appell. Nau. in Manual. cap. 27. num. 162. Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. cap. 3. §. 3. Vgolin. de cens. Eccles. Tab. 4. cap. 4. §. 2. num. 13. vbi notandum est, quod licet suspensio ratio in perpetuum fieri soleat, & sic in perpetuum lata, siue ab Officio, siue a Beneficio, multum participet et natura priuationis, seu depositionis ut notant Panorm. in*
- 26 *At si Clerici, numero septimo, de iudic. Ledesin. 2. 4. questione vigesima sexta, articul. 2. tract. de suspens. in principio; & Tolero. lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 12. vera tamen priuatio seu depositio non est, sed retinet aliquid suspensionis;*
- Primo enim retinet nomen, & dicitur suspensio; Secundo, retinet etiam naturam suspensionis ratione intrinseca, ita, ut quamuis aliquis in perpetuum suspenderetur a beneficio, nec titulum, nec possessionem beneficij perderet, sed solum fructus, priuatus autem utrumque amittit, ex Panormitan. in cap. cum bonæ numero sexto, de etat. & qual. ordin. & consequenter sic suspensus, partem aliquam fructuum, pro necessaria sustentatione sua, bona conscientia retinere potest glossa in cap. cum Vintoniensis, in verbo admittent, & ibi Panorm. num. 10. de elect. & gloss. in Clement. vt ij, qui, in verbo, pars dimidia, de etate & qual. Panorm. in cap. Apostolica, numero 7. de except. Similia*



Maiol. lib. 3. cap. 19. num. 10. de irreg.

Tertio, Suspensio vi sua reuocabilis est, priuatio autem iure ordinario reuocabilis non est, vt Doctores communiter affirmant.

Quarto, Suspensio veram censuram rationem retinet, priuatio autem vera censura non est, vnde si suspensus ab ordine in perpetuum celebraret efficeretur irregularis, & in potenda dispensatione irregularitatem etiam exprimeret oportet, arg. cap. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. & cum medicinalis, de sent. exc. lib. 6. Specul. in tit. de dispens. 8. aucta, vers. vt autem in hac materia. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. c. 19. nu. 2. vers. Quarta extensio.

27 Dicitur Nono Quoad totum vel pro parte quia aliquando quis suspenditur a toto ordine, siue ab omnibus ordinibus, aut ab omnibus beneficijs, vel a toto exercitio aliquando ab aliquo vno certo beneficio, aliquando ab vno certo ordine, aliquando ab omni officio, aliquando a certa parte beneficij, vnde tanta vim habet suspensio, quantum sonant verba, & aliquando etiam maiorem, vt ex ijs, quae dicemus inferius manifestum erit.

28 Quoad diuisionem vero suspensionis, varias afferunt Doctores, nos hic visitatores solum afferemus.

Primo enim diuiditur ex parte causae efficientis, quod alia sit a iure, alia ab homine. Summa Astensis par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. q. 11. & art. 7. Angelica, verbo, suspensio 1. in princip. Syluest. in verbo, suspensio, in princip. & q. 5. Tolet. lib. 1. instruct. Sacerd. c. 12. Tabiena, verbo, suspensio, nu. 7. vers. Sexto. & num. 8. vers. Septimo. Martin. Ledefm. 2. q. 16. art. 2. tract. de suspens. Nauar. in Man. c. 27. num. 154. Henriquez li. 13. de excom. & suspens. c. 3. l. 3. Vgolin. Tab. 4. c. 1. & c. 3.

29 Secundo ex parte causae, propter quam fertur, & est duplex, vna propter culpam, id est peccatum, altera propter contumaciam, ex Summa Astensi, vbi supra, par. 2. tit. 16. art. 2. Syluestro in verbo, suspensio, q. 4. Tolet. lib. 1. c. 13. & Vgol. Tab. 3. c. 12.

30 Tertio ex parte materiae, & est triplex vna est suspensio ab Ordine; Alia a Iurisdictione; Tertia a Beneficio: suspensio autem ab Officio duas priores continet.

31 Quarto ex parte modi suspendendi, & est duplex, vna est suspensio absoluta; altera conditionata. Absoluta secum trahit statim executionem, conditionata vero executione non trahit, nisi postquam accedat conditio, ex Syluestro vbi supra, q. 4.

32 Quinto, ex parte durationis, & est triplex, vna est simpliciter sine vlla temporis mentione; Alia cum determinatione temporis, vsque ad annum, mensem, &c. aut quousque hoc vel illum fecerit. Tertia, cum exclusione temporis in perpetuum, & de hac superius diximus, quod cum depositione participet.

33 Sexto, ex parte cessationis eius, & est duplex; vna est quae cessat sine absolute per solum lapsum temporis; Altera per exercitium, vel omissionem alicuius actus. Quae omnes diuisiones ex his quae inferius dicimus manifeste erunt.

34 Reliquae diuisiones aut falsae, aut impropriae sunt, illa enim quae fit in suspensionem maiorem, & minorem omnino falsa est, cum in iure non reperitur talis suspensio minor. Deinde suspensio est species distincta ab excommunicatione minori. Praeterea, excommunicatio minor prohibet passiuam receptionem Sacramentorum, cap. si celebrat, de Cler. excom. in iust. suspensio autem proprie prohibet, ne Sacramenta ministret, aut sacra ex officio faciat, arg. cap. 1. §. fin. de sent. & re iudic. lib. 6. & cap. 1. §. fin. de sentent. excommunicat. lib. 6. & sic actiue tantum: vnde suspensus Sacramenta recipere potest: Item excommunicatio minor communis est omnibus fidelibus, suspensio Clericis tantum competit, vnde diuisio haec, quam sequuntur & afferunt Panorm. in cap. cum dilectus, num. 20. de Consuetud. & in cap. si celebrat, num. 4. de Cler. excommunicat. ministr. Alphonsus Vualdus, in suo Candellabro aureo tit. de Suspens. numero 6. & numero 9. & Gregorius de Valentia, Tom. 4. Disput. 7. quaestio. 18. Puncto 1. & Syluest. verbo, suspensio, numero 1. falsa est, & merito a Nauar. in Manual. cap. 27. num. 152. Henriquez lib. 13. de excom. & susp. cap. 3. l. 3. & Vgolin. Tab. 4. capit.

quinto, refertur. Illa etiam, qua suspensio diuiditur in eam, quae est quoad se tantum, vel quoad alios tantum; vbi quoad se, & alios simul, quam affert Panorm. in cap. si celebrat, de excom. ministr. improprie suspensio, extensio suspensionis vocabulo, vt praefati auctores vbi supra tradunt.

De Ministro Suspensionis, & forma ferendi illam. Cap. II.

S Y M M A R I V M.

- 1 Excommunicare qui potest, etiam suspendere valet.
- 2 Ius commune in quemcunque clericum totius orbis suspensionem ferre potest.
- 3 Legatus Sedis Apostolicae personas in loco suae legationis existentes tantum suspendere valet.
- 4 Episcopus subditos suos extra territorium suum existentes suspendere nequit.
- 5 Episcopus alienum in sua dioecesi delinquentem, & manentem suspendere potest.
- 6 Praelatus quilibet iurisdictionem Ecclesiasticam fori exterioris habens subditos sibi suspendere valet.
- 7 Suspensionis sententiam qui ferat, clericus saltim tonsuratus esse debet.
- 8 Confessarius poenitentem proprie suspendere nequit.
- 9 Abbatis an clericos ecclesiarum sibi subditarum a beneficio suspendere possit.
- 10 Feminis suspendendi facultatem Papa concedere potest.
- 11 Suspensio in non sibi subditum lata nulla est, & irrita.
- 12 Religiosi ab ordinarijs locorum an, & quando suspendi possint.
- 13 Suspensio ferenda nulla certa verborum forma praescripta est.
- 14 Suspensio non nisi praemissa monitione ferri debet.
- 15 Suspensio in scriptis, & expressa causa ferenda est.
- 16 Monitio in sententijs generalibus a iure, vel ab homine, pro facto futuro latis, non est necessaria.
- 17 Iudices Ecclesiastici sine solemnitatibus debitis suspensionis sententiam ferentes quas poenas incurrant.
- 18 Episcopus aliquem ab actu, qui illi solo iure ipsius suspendentis competit, sine debitis solemnitatibus suspendit, poenas iuris non incurrit.
- 19 Episcopus parochum ab audiendis confessionibus sine scriptis suspendens, peccat, & poenas iuris incurrit.
- 20 Praelati regulares religiosos sibi subditos ab audiendis confessionibus sine scriptis suspendentes communiter non peccant, & quae sit ratio huius.
- 21 Religiosi potestatem audiendi confessiones a Papa, non nisi cum subordinatione ad superiorem religionis, accipere censentur.

1 **Q**uae de ministro excommunicationis in primo libro dicta sunt, etiam suspensioni conueniunt; siquidem qui excommunicare potest hic etiam suspendere valet ex Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 16. artic. septimo, in fine. Syluest. verbo Suspensionis. 1. numero 2. Tabiena, verbo suspensio, 1. numer. 8. vers. Septimo. Nauar. in Manu. cap. vigesimo septimo, numero 159. Cosmo Philiarcho, de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. capit. 1. Sebastiano Medice par. 2. Summa, tit. 9. quaestio. 17. Tolet. lib. 1. de instruct. Sacerd. capit. 13. Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 4. cap. 1. Henriquez l. 13. de excommunic. & suspens. cap. 3. §. 1. vnde breuiter Ius commune in quemcunque Clericum totius orbis sententiam suspensionis ferre potest. Deinde auctor iuris scilicet Summus Pontifex, vel Concilium Generale id ipsum facere possit; Alij vero praelati generalem sententiam